



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Justitia Triumphans Seu Profligatum Bellum

[S.I.], 1689

Adjunctum Num. 6. Coloniensiis Electionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38259

155

valentibus exceptionem legitimam, quæ ab Imperatore, vel
luti supremo Imperii Capite, vel alio quoquam possit op-
poni.

VIII. Præcedentium ex eisdem Serenissima Domino Elec-
tore & Jo-
rali Bavaria Principum ingens meritum, quorum exemplo
Serenitas sua semper præ oculis habito, a recto tanti munieris
tramite nunquam excedet.

IX. Conservatio Libertatis eligendi novum Archiepisco-
pum Electorem, aut Episcopum; penes D. D. Eligentes, si
quando easdem Ecclesias denuo vacare contigerit, ex eo quod
Serenitas sua, nec in Cardinalitia dignitate constituta, nec ali-
as penes Serenissimam ejus personam tale quid sit, per quod
eiusdem dignitates Ecclesiasticæ vel quæcunque beneficia,
Sanctæ sedi Apostolicæ afficiantur, eatentis, ut Capitulis aut
respectivè Ordinariis Collatoribus pro eâ vice usus Electionis
seu respectivè collationis non concedatur.

Adjunctum Num. 6.

Coloniensis Electionis.

Sacra Congregatio rebus Consistorialibus præposita, ex-
aminato authentico instrumento à Canonicis & Capitulo
Ecclesiæ Metropolitanæ Coloniensis tradito, per syndicu-
m suum Archiepiscopo Damasco, Apostolico ad Tractum
Rheni Nuntio, in quo à tredecim ex viginti quatuor Capitu-
laribus Eminentiss. & Reverentiss. Cardinalem de Fürsten-
berg Episcopum Argentoratensem postulatum, & à novem
ex iisdem Capitularibus Serenissimum & Reverendissimum
Josephum Clementem ex Bavariæ Dūcibus, Episcopum Ra-
tisbonensem & Frisingensem in Archiepiscopum & Electro-
rem Coloniensem vigore Apostolici indulti eligibilitatis illi
præviè concessi electum fuisse constat, reliquis duobus suf-
fragiis in alias collatis: Omnibus mature & diligentissime
per-

perpensis, unanimi Patrum sententia censuit, si Sanctissimo Domino nostro placuerit, præfata postulatione de persona ejusdem Cardinalis repulsa confirmandam esse Electionem de persona ejusdem Josephi Clementis, cum clausula supplente omnes defectus, quatenus opus sit: Et facta relatione Sanctitas sua Sacrae Congregationis Sententiam benignè probavit, Datum Romæ, die 15. Septembris, 1688.

Laurus Casonus Secretarius.

Coloniensis administrationis.

Sacra Congregatio rebus Consistorialibus præposita, post Smaturam discussiōnem, quo præsertim modo Ecclesiæ Coloniensi consuleretur, donec Serenissimus & Reverendissimus Josephus Clemens ex Bavariæ Ducibus ad ipsam Canonicè Electus ad legitimam ætatem perveniat, Censuit, si Serenissimo Domino nostro placuerit, Temporalium administrationem ejusdem Ecclesiæ liberè, præfato Josepho Clementi esse dandam. Spiritualium vero eidem eâ lege committendam, ut ipsam gerere debeat, una cum Episcopo Hierapolitano præfatæ Ecclesiæ suffraganeo ac Canonico, qui intelligatur deputatus in eadem Coadministratione ad Sanctitatis suæ & sedis Apostolicæ beneplacitum, & facta relatione Sanctitas sua Sacrae Congregationis sententiam benignè probavit. Datum Romæ, die 15. Septembris, 1688.

Alderanus Episcopus Ostiensis Cardinalis Cybo.

Laurus Casonus Secretarius.

F I N I S.